



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

8 vtrum religio sit eadem sanctitati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

¶ Super Quaestione octuagesimeprime Articulum septimum.

¶ Super Quaestione octuagesimeprime Articulum Octauum.

In art. eiusdem § 1. q. nota duo. Primò, quòd cum dicitur, Deo honorem exhibemus, non propter seipsum, sed propter, nò dicitur causam finalem, sed terminum vilitatis. Constat namq[ue] quòd colimus Deum propter seipsum, vt sciam, alioquin periret uel ad effectum uel ad finem, sed non propter seipsum Dei, sed propter uilitatem ita q[uod] q[uod] augmentu[m] gloriæ nec quodamque modo accrescere p[otes]t, de quo scriptum est. Magnam nosstroru[m] non indiget. Recolè dum est quòd sciam quæque perfectio creatura a fundam[en]to dicitur non facit perfectius, ita nec quæcumque gloria creata adiuncta gloriæ diuine facit gloriosius. Nec obicit, q[uod] gloria de genere suo sit bonum extrinsecum, utpote consistens in cognosc[en]ti, æstimatione, ac laudari. Nā sicut cognitio, æstimatione, laudatione adiuuat ipsu[m] Dei nullu[m] adiuuat cognitio, æstimatione, aut laudatio, factiorem: ita nec gloriæ, quam habet apud seipsum Deus in propria natura, & laude, quæcumque addita facit maiorem. In nobis ergo glorificat Deus cultu nostro in uisitate extra Deum, non in seipso. Sed tamen hoc ipsum, quòd est extendi gloriæ eius, ad ipsum ordinandum est ut firmum, propter quem debet fieri, & ad quod uenerit bona ordinatur, quia est Deus. Senoniam, quia actibus exterioribus uirtutis religio, ut signis exterioribus interioribus in se, vel in aliis. Et propterea talis debet esse modus in omnibus huiusmodi, ut si prima, secretaq[ue] sit ad sola interiorum, propriorum excitatione, consuetudine, uel augmentationem mentitur. Si autē communia, aut publica ad communem, & publicam deuotionem spectandum est. Unde & in responsione ad tertium, Geniales reprehenduntur: quia cibos, pontaque, & huiusmodi ad nos spectant, Deo offerunt, quasi ei per se gratia.

ARTICVLVS VII.

Utrum religio habeat aliquem exterioriorem actum.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur, quòd religio non habeat aliquem exterioriorem actum. Dicitur enim lo. 4. Deus spiritus est, & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate adorare oportet: sed exteriores actus non pertinent ad spiritum, sed magis ad corpus. ergo religio, ad quam pertinet adoratio, non habet actus exteriores, sed interiores.

¶ 2. Præter. Religionis finis est Deo reuerentiam, & honorem exhibere: sed videtur ad irreuerentiā alicuius excellentis pertinere, si ea sibi exhibeantur, quæ proprie ad inferiores pertinent. Cum ergo, ea, quæ exhibet homo corporalibus actibus, proprie videantur ad indigentias hominum ordinari, vel ad reuerentiam inferiorum creaturarum. ideo videtur quòd non congrue possint assumi in diuinam reuerentiam.

¶ 3. Præter. Aug. in 6. de ciuit. Dei, comēdat Senecā de hoc, q[uod] uirtutem quosdam, qui idolis ea exhibebat, quæ solent hominibus exhiberi, quia. Sim mortalibus nō conueniunt ea, quæ sunt mortaliū: sed hæc multo minus conueniunt Deo uero, qui est excelsus super oēs Deos. ergo videtur reprehensibile esse, quòd aliqui corporalibus actibus Deum colat. Nō ergo habet religio corporales actus.

SED CONTRA est, q[uod] in Psā. 83. dicitur. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum uirtu[m]: sed sicut interiores actus pertinent ad cor, ita exteriores actus pertinent ad membra carnis. ergo videtur q[uod] Deus sit colendus nō solū interioribus actibus, sed etiā exteriorib[us].

RESPOND. Dicendum, quòd Deo reuerentiam, & honorem exhibemus nō propter seipsum, quia seipso est gloria plenus, cui nihil a creatura adiuui potest, sed propter nos: quia uidelicet per hoc, quòd Deum reueremur, & honoramus, mens nostra ei subijcitur, & in hoc eius perfectio consistit. Quælibet. nres perficitur per hoc, quòd subditur suo superiori, sicut corpus per hoc, quòd uiuificatur ab anima: & aer per hoc, quòd illuminatur a Sole. Mēs autē humana indiget ad hoc, q[uod] cōiun-

In art. eiusdem q. nota identitatem simul, & differentiam religionis, & sanctitatis in hoc consistere, quòd identitas est realis, & rationis formalis essentialis. Vtraque enim reddit Deo debitum cultum. Sed differentia secundum rationem est in hoc, quòd religio directe respicit ea, quæ specialiter ad diuinum cultum pertinent, ut sunt ceremonie, sacrificia, oblationes, & huiusmodi. Sanctitas autem directe respicit mentem, & mediante mente respicit, & alia uirtutum opera, & etiā religionis opera, ita quòd tam religionis, quàm aliarum uirtutum opera respicit sanctitas mediante mente: quia uirtutibus illis, ut per illa mente applicet Deo, & conuequenter humanos actus a mente procedentes. Et hanc differentiam manifestat auctor in littera bene perspecta, dum primo concludit, quòd sanctitas est, per quam mens hominis seipsum, & suos actus applicat Deo. Et postmodum dicit, quòd sanctitas religionis, aliarumque uirtutum opera refert in Deum secundum quòd homo se disponit. Et specialiter quo ad religionis opera hoc declarans subdit. Per bona quædam opera ad cultum diuinum pertinentia. Fuit autem specialis ratio de religionis potius quàm aliarum uirtutum moralium operibus declarandi, quòd disponunt hominem, quia sunt ad alterum. Opera enim mansuetudinis, temperantia, & huiusmodi, manifeste disponunt hominem in se. Ex hac autem differentia patet, q[uod] multi sunt religiosi, qui non sunt sancti. Omnes autem sancti sunt religiosi. Qui enim ceremonijs, sacrificijs, & huiusmodi uocari possunt, sancti autem nequaquam, nisi semetipsum intrinsecus per hæc Deo applicent.

ga[re] Deo, sensibiliu[m] manu ductio: nequa iustitia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta cōspiciuntur, ut Apost. dicit ad Ro. 1. Et ideo in diuino cultu necesse est aliquibus corporalibus uti, ut eis quasi signis quibusdam, mens hominis excitetur ad spirituales actus, quibus Deo cōiungitur. Et ideo religio habet quidē interiores actus quasi principales, & per se ad religionē pertinentes: exteriores uero actus quasi secundarios, & ad interiores actus ordinatos.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd Dominus loquitur quantum ad id, quòd est principale, & per se intantum in cultu diuino.

AD SECVNDVM dicendum, quòd huiusmodi exteriora non exhibentur Deo quasi his indigeat, sicut illud Psā. 49. Nunquid māducabo carnes taurorum, aut sanguinē hircorum potabo? sed exhibentur Deo tāquam signa inferiorum, & spiritualium operu[m], quæ per se Deus acceptat. Unde Aug. dicit in 10. de ciu. Dei sacrificiū uisibile, inuisibili sacrificij sacramētū, id est, sacrū signū est.

AD TERTIVM dicendū, quòd idolatræ deridetur ex hoc, quòd ea, quæ ad homines pertinent, idolis exhibebant, nō tamquàm signa excitantia eos ad aliqua spiritalia, sed tamquàm per se eis accepta: & præcipue quia erant uana, & turpia.

ARTICVLVS VIII.

Utrum religio sit idem sanctitati.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, q[uod] religio nō sit idē sanctitati. Religio. n. est quædam specialis uirtus, ut habitū est. Sanctitas autem dicitur esse generalis uirtus. Est enim faciens fideles, & seruantes ea, quæ ad Deum sunt iusta, ut Andronicus dicit. ergo sanctitas non est idem religio.

¶ 2. Præter. Sanctitas munditiā importare uidetur. Dicit. n. Dion. 12. cap. de diu. no. q[uod] sanctitas est ab omni immunditia libera, & perfecta, & omnino immaculata munditia. Munditia autem maxime uidetur pertinere ad temperantiam, quæ turpitudines corporales excludit. cum ergo religio ad iustitiā pertineat, uidetur quòd sanctitas sit idem religio.

¶ 3. Præter. Ea quæ diuiduntur ex op-

Art. 4. huius quest.

¶ 1. io. cap. 5. inter princ. & medium tom. 5.

Art. 4. huius quest.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli dubium occurrit, quo pacto sanctitas, ut in littera dicitur, imperat actibus aliarum

Art. ad 3. ad art. 3. ad 3.

aliarum virtutum, cum dictum sit, quod iustitia legalis imperat religioni. Oportet enim, imperantem virtutem superiorem esse imperatam.

Ad hoc dicitur, quod manifestum est bonam religionem ex parte subiecti esse partem boni communis, & ordinabilem ad bonum commune, & propterea iustitiam legalem imperare religioni.

Manifestum rursum est, iustitiam legalem mundificare mentem, ac per hoc imperari posse a sanctitate ad mentis sanctificationem, sicut temperantiam, & aliarum virtutum actus. Manifestum quoque amplius est, quod quilibet virtutis actus pro quanto liber est, potest sub voto cadere, ac per hoc materia sanctitatis, aut religionis esse, cuius votum est actus, ut infra patet, ac per hoc imperari a sanctitate. Ex quo sequitur, quod

Et sic. Etym. cas. incipit, Sapiens etc. p. 11.

quod una virtus potest imperare actui alterius, non efficaciter arguitur virtutem illam esse simpliciter priorem: alioquin religio esset prior fide, cum contingat uouere actum fidei. Contingit namque hoc ex reflexione actuum animae supra seipsum: & religio, seu sanctitas hoc sortitur ex suo prioris fine, qui est Deus, ad quem omnia multis possunt referri modis. Concedendum est igitur, quod sanctitas imperat iustitiam legali, & e contra, quamuis diuersimode: quia iustitia legalis imperat in ordine ad commune bonum, sanctitas autem in ordine ad Deum, ut sanctitatis finem. Et huiusmodi secundum quid habent virtutes se habent ut excedentes, & excessas, simpliciter tamen iustitia legalis prior, & prior videtur, tum quia totum praefertur partibus: tum quia ex obiecto nobilitantur, & ordinantur simpliciter virtutes. Obiectum autem iustitiae

posito, non sunt idem: sed in quadam enumeratione partium iustitiae sanctitas conuincit religioni, ut supra habitum * est. ergo sanctitas non est idem quod religio.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 1. Seruiamus illi in sanctitate, & iustitia: sed seruire Deo pertinet ad religionem, ut supra habitum * est. ergo religio est idem sanctitati.

RESPON. Dicendum, quod nomen sanctitatis duo vs importare. Vno quidem modo munditiam, & huic significationi competit nomen graecum, dicitur. n. agios, id est, sine terra. Alio modo importat firmitatem: unde apud antiquos sancta dicebantur, quae legibus erant munita, ut violari non deberent. Vnde, & dicitur aliquid esse sanctum, quia est lege firmatum. Potest etiam in Latinos hoc nomen, sanctus, ad munditiam pertinere, ut intellegatur sanctus, quasi sanguine tinctus, eo quod antiquitus illi, qui purificari uolebant, sanguine hostiae tingebantur, ut * Ista dicitur in lib. Etymo. Et utraque significatio competit, ut sanctitas attribuitur his, quae diuino cultui applicantur: ita quod non solum hoies, sed et templum, & uasa, & alia huiusmodi sanctificari dicuntur ex hoc, quod cultui diuino applicantur. Munditia enim necessaria est ad hoc, quod mens Deo applicetur, quia mens humana inquinat ex hoc, quod inferioribus rebus coniungitur: sicut quilibet res ex immixtione peioris fordescit, ut argentum ex immixtione plumbi. Oportet autem quod mens ab inferioribus rebus abstrahatur ad hoc, quod suprema rei possit coniungi, & ideo mens sine munditia Deo applicari non potest. Vnde ad Heb. 12. dicitur. Pace sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit Deum. Firmitas est exigenda ad hoc, quod mens Deo applicetur. Applicatur enim ei sicut ultimo fini, & primo principio: huiusmodi autem oportet maxime immobilia esse. Vnde dicebat Apo. Rom. 8. Certus sum, quod neque mors, neque uita separabit me a charitate Dei. Sic ergo sanctitas dicitur, per quam mens hominis seipsam, & suos actus applicat Deo: unde non differt a religione secundum essentiam, sed solum ratione. Nam religio dicitur secundum quod exhibet Deo debitum famulatum in his, quae pertinent specialiter ad cultum diuinum, sicut in sacrificijs, oblationibus, & alijs huiusmodi. Sanctitas autem dicitur secundum, quod homo non solum haec, sed aliarum

secundum quod homo se disponit per bona quaedam opera ad cultum diuinum pertinentia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sanctitas est quadam specialis virtus secundum essentiam, & secundum hoc est quodammodo eadem religioni. Habet autem quandam generalitatem, secundum quod omnes virtutis actus per imperium ordinantur in bonum diuinum: sicut & iustitia legalis dicitur generalis virtus, in quantum ordinat omnium virtutum actus in bonum commune.

AD SECUNDVM dicendum, quod temperantia munditia quidem operatur: non tamen ita, quod habeat rationem sanctitatis, nisi referatur in Deum. Vnde de ipsa uirginitate dicitur Aug. * in lib. de uirginitate, quod non quia uirginitas est, sed quia Deo dicata est, honoratur.

AD TERTIVM dicendum, quod sanctitas distincta est a religione propter differentiam predictam, non quia differunt re, sed ratione, ut * dictum est.

QVAESTIO LXXXII.

De deuotione, in quatuor articulis diuisa.

DE INDE considerandum est de actibus religionis.

Et primo, De actibus interioribus, qui secundum praedicta sunt principales.

Secundo, De actibus exterioribus, qui sunt secundarii. Interioribus autem actibus religionis uidentur esse deuotio, & oratio.

Primo, ergo de deuotione agendum est.

Secundo, De oratione.

CIRCA primum quaeruntur quatuor.

Primo, Vtrum deuotio sit specialis actus.

Secundo, Vtrum sit actus religionis.

Tertio, De causa deuotionis.

Quarto, De eius effectu.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum deuotio sit specialis actus.

AD PRIMVM sic proceditur. Vnde, quod deuotio non sit specialis actus. Illud, quod pertinet ad modum aliorum actuum, non est specialis actus: sed deuotio uis pertinet ad modum aliorum actuum, dicitur. 2. Paral. 29. Obrulit uniuersa multitudo hostias, & laudes, & holocausta mente deuota. ergo deuotio non est specialis actus.